Sacra Regia Ma^tas^ [date: 15 Januar. 1600 Ac.]

31

N 9.

Quantum doloris capiat S^mus^ D^nus^ N^r^ ex graui et periculoso morbo, quo nunc laborat Ill^mus^ Card^lis^ Radziuilus, plenius cognoscet Regia M^tas^ V^a^ ex Breui Apostolico, quod cum hisce litteris erit. Quota vero pars huius moeroris ad me priuatim peruenerit vobis facile haud expresserim; tametsi de eius salute nequaquam desperamus. faxit Deus Opt^mus^ Max^mus^ vt mihi quam diutissime fruiliceat illo viuo et valenti, qui locupletissimus testis est humillimi obsequij erga M^tem^ V^ram^ mei. Caeterum in hoc saecularis anni limine ego haud immemor officij laetissima quaeque ac prosperrima Regiae M^ti^ V^ae^ precor et opto, me meaque omnia, qua decet reuerentia eidem subijciens. Romae die 15 Januarij 1600

Sacrae Regiae M^tis^ V^ae^

Seruus humill^s^

Cynthius Card. S. Georgij

x Poloniae

34

Ser.mo Principi ac D.no D. Sigismundo
Sueciæ Regi Poloniæ etc.